Quelle:
Copyright:

Valerii Maximi Libb. IX. Factorum Dictorumque memorabilium. Libri X. de Nominibus fragmentum.

Schwa Zwischen!

Cod. XXVII.

partim membran. partim Chartac. Fol. sec. 15. 1. 3. 3.

Elegantissimo charactere et literis auro et colore variegatis exaratus. Continet Valerii Maximi libros IX. de Factis et dictis memorabilibus Virorum illustrium, sed mutilatos. Prima deest pagina, et cum illa omnia, usque ad verba: "Metellus vero pontifex "maximus posthumium Consulem eundem flaminem" ei, quibus codex noster incipit. Praeterea collatio codicis nostri instituta cum editione Valerii Max. ab Abrah. Torrenio, Leida, 1726. 4. facta praeter plurimas lectiones variantes etiam majores Ms. nostri lacunas propalavit; v. g. ante capitulum de Ominibus desunt illa, de quibus adeo sibi gratulatus est Aldus, ut in frontispicio suae editionis scriberet: "Exempla quatuor et viginti nuper inventa "ante caput de Ominibus. quore exempla omnibus in Italia "Valerii Max. exemplaribus tam impressis quam manu "conscriptis defuisse", in praef. ad Cuspinianum idem Aldus asserit in edit. Torrenii, T. I. a pag. 36. Milesia Ceres, usque ad pag. 47. Dejotaro vero Legi. Ceterum exempla ista 24 non integra neque ipsius verbis Valerii concepta, sed ea Epitome quadam Valerii restituta esse suspicantur Eruditi. – Libro VIII. cap 7. et sequentibus quae habentur in edit. Torrenii Tom. 2. a verbis: "Terentius autem Pharo" pag 726. et sequentibus partim quaedam desiderantur, partim Bibliopegi stupiditate sunt deque versa. – Finito libro nono inchoatur decimus, Epitome de Nominibus inscriptus, hac praefatiuncula: "Decimus hujus operis liber, qui et ultimus "dicitur, vel negligentia vel malevolentia Librariorum "deperiit. Abbreviator vero titulos ejus habebat integre "fortasis, tamen de uno tantum, hoc est de pronomine "Epitoma repraesentabat." Absque dubio Scriptor noster dederat, quantum poterat, sed merum decimi libri fragmentum; jam enim desinit in verba: "Animadverto "enim in Consulum fastis perplexum [: usum:] nominum "et cognominum fuisse dictum. Posthumum Cominium "Aurunculum, Posthumum Cbur. et. [: Abutium:]"

"Explicit Liber Valerii Maximi Deo grias Amen."

Valerius Maximus, Romanus Philosophus et Orator, Augusto, Tiberioque carissimus hos lib. IX. de factis et dictis memorabilibus composuit, eidemque Tiberio dedicavit circa an. Xsti 20. Quos vero hodie sub ejus